ſtrum ſuſtulit Imp. Lotharius in Jur. Lombart. lib. 2. t. 45. Scribonius tamen ultimam hanc tentationis formam Judicibus & Rebuspublicis ſvadere conatur fol. 115. phyſiolog. Motus iis rationibus: Qvod nempè aqva repugnat ſagis, cum illa abuſæ ſint in ſacro Baptismate, Deinde qvod Diabolus qvi eas obſidet, ſit ſpiritus levis, & proinde etiam illas leves reddat: Tandem exempla probat. fol. 130. referente & refutante Gœdelm. d. lib. 3. cap. 5, à n. 31. ad fin.

Nos tamen qvibus Religio magis, qvam ejusmodi vanitates, curæ eſſe debet, cum communi JCTORUM, Medicorum & philoſophorum opinione. Gœdlm. d. lo. n. 23. contrarium ſentiemus. Hoc enim probationis genus Diaboli invidia excogitatum: Per idem Deus tentatur: Et multi innocentes condemnantur. Alciat. in comp. judic. proceſ. Daniel venat. in annal. Pontif. lib. 5. tit. 35.

Das XLVI. Capitel.

Hieher wil ich einen extract vnd etliche qvæſtiones auß dem Malleo Maleficarum de Maleficis ſetzen: als erſtlich.

Cur maleficæ non ditentur.

UT juxta complacentiam dæmonis, in contumeliam creatoris, qvantum poſſibile eſt, pro viliſſimo precio emantur. Et ſecundo ne in divitiis notentur. Tom. 1. part. qvæſt. 18.

Cur venereus actus facilius maleficiatur?

Ratio eſt, qvod plus permittit Deus ſuper hunc actum, per qvem primum peccatum diffunditur, qvam ſuper alios actus humanos. Tom. eod. part. 2. q. 1.

Cur